



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 39. S. Ambrosii Charitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Sæculum IV. A. C. 378. *ro, cui virorum unquam, uxorem duceri volenti, faminarum copia defuerit? Quapro-*

c. 7.

des propter puellam, Virginitatem servare volentem, extiterint? Tantorum maiorum occasio fuere matrimonia, dum legimus, trucidatos adulteros, & bella illata raptoribus. Major hominum multitudo est in locis, ubi Virginitas maxima aestimatur. Si edoceri cupitis, quot Virgines in Ecclesia Alexandrina, in Ecclesiis totius Orientis, & Africæ singulis annis consecrari assueverint, plures feminas Deo sacras in illis locis numerari scitis, quam in his terris mares nascantur.

§. XXXIX.

S. Ambrosii Charitas.

II. Offic. c. 15 n. 70. **G**othorum furor, actis ex Thracia, & Illyrico prædis, usque ad alpes penetravit; hac occasione, quanta fuerit Ambrosii in proximum charitas, enituit. Is captivis redimendis intentus, Ecclesia vasis non pepercit, quæ in hunc usum confringi, & liquari præcepit, illis exceptis, & ad majorem necessitatem reservatis, quæ erant consecrata. Arianis, idipsum reprehendentibus, nihil aliud respondit, quam centies præstare, Deo animas conservare, quam aurum; nam dum hi captivi redimebantur, non modo virorum vita, & pudicitia foemina-

Ibid. c. 28. **G**othorum furor, actis ex Thracia, & Illyrico prædis, usque ad alpes penetravit; hac occasione, quanta fuerit Ambrosii in proximum charitas, enituit. Is captivis redimendis intentus, Ecclesia vasis non pepercit, quæ in hunc usum confringi, & liquari præcepit, illis exceptis, & ad majorem necessitatem reservatis, quæ erant consecrata. Arianis, idipsum reprehendentibus, nihil aliud respondit, quam centies præstare, Deo animas conservare, quam aurum; nam dum hi captivi redimebantur, non modo virorum vita, & pudicitia foemina-

DAM
rum
juv
Vi
co
scri
fide
bu
Et
gui
rem
tut
S.
cor
vat
Illu
cle
alii

rum servabatur, sed etiam infantum, & Sæculum IV.
juvenum fides, quos haud dubie Gothi
Victores, & Domini Idola sua adorare
coegissent. Hac super re S. Ambrosius
scribit in hæc verba: *Ecclesia aurum pos-
sidet, non ut avare custodiat, sed ut distri-
buat, & Fidelium necessitati subveniat.*
Et inferius: *Cognosco, Iesu Christi San-
guinem, auro infusum, non solum fulgo-
rem intulisse, sed etiam Redemptionis vir-
tutem impressisse.* Hic dispicitur, quæ
S. Ambrosii fides de liquore, in Calice
contento, fuerit. (*) Discimus, suis
vasa consecrata, & alia non consecrata.
Illud quoque manifestum fit, quanta Ec-
clesiarum fuerit opulentia, cum de nullis
aliis vasis, quam de aureis loquatur.

In illo tempore, cum populi, ut Bar-
barorum crudelitati se eriperent, ex Illy-
rico fugerent in Italianam, S. Ambrosius ad
Constantium, tunc primum Romandio-
la Episcopum electum, scripsit; atque
præter alia monita hortatur, ut ab Illyri-
cis caveat, quorum plerique Ariana hæ-
resi essent infecti, in illis enim Regioni-
bus Valentem, Ursacium, aliosque Epis-
copos hæreticos multo tempore præva-
luisse.

Ep. 2. al. 19,
n. 28.

(*) Bona est Fleurii Reflexio. Non ita scri-
psisset S. Ambrosius, si Sanguinis Christi umbram,
& non verum Sanguinem esse credidisset.

Hist. Eccles. Tom. IV.

M m

Sæculum IV. luisse. Suadet ergo, ne permittat, ut
A. C. 378. Fidelibus jungantur. Subjungit, sum-

maam esse sapientiam, leviter non credere. Nihilominus Constantium vult esse facilem ad eos, qui converti volunt, recipiendos, ne reddituros deterreat, & quamvis verbis eorum plene non fideret,

n. 27. simulare tamen, se fidem iis habere. Commendo tibi, inquit: *Ecclesiam Fori Cornelii*, quod Imola esse creditur, ut, cum vicinus sis, saepe eam visites, donec ibi Episcopus ordinetur. Labores, quos adveniente quadragesima suscipio, longiora itinera prohibent.

Paulin. vit. Hi labores quadragesimales haud dubie erant instructiones Catechumenorum, quibus informandis ita insudabat, ut post ejus obitum Episcopi quinque obeundis laboribus, quos solus tulerat, vix sufficerent.

n. 38.

§. XL.

S. Satyri Mors.

Admon. in Lib. de exc. Circa idem tempus S. Ambrosio fratrem suum Satyrum, in quem omnium negotiorum temporalium curam depositarat, mors eripuit. Satyrus in Africam

Satyr. Amb. pe exc. Sat.

n. 24.

trajecturus erat, ut quemdam, nomine Prosperum, ad solvendum debitum congeret, qui cum ostentatione, inquit S. Ambrosius: lætabatur, me suscepisse Sacerdotium, credens ob banc conditionis mutationem retinere posse, quod mibi abfuderat.

Ibid. n. 42.